

citatem accusare, aut ignaviae vel
 barbariei dedecus ei adspargere, opus
 non fit. Quod si scripta aetatem latur
 ra, nec quaerentia cineres ingenii
 monumenta requiras, haec nostro
 deesse seculo, is demum inficiatus
 fuerit, qui rudis aut expers eorum,
 omnium est, quae quotidie in or
 bis litterati conspectu geruntur.
 Haud pauci ex ipsis illis doctissimis
 viris, dum nostri seculi aut infelici
 tatem aut iniquitatem accusant, ser
 monis genere id faciunt tam nitido,
 tamque polito, ut, quam verbis ex
 probrant infamiam, eam exemplo suo
 statim abstergant. Qui iustum his lit
 teris pretium denegant, errant haud
 dubio gravissime, dignique sunt,
 qui acriori censura notentur: vellem
 vero, ne ex altera parte maius preti
 um exigerent, quam quo reuera aesti

D

man.

910V